Quelle:
Copyright:

Cod: CLXXXVII.

Chartac: Fol: maj: Sæc: 15. 2 2.M.

1.

Clementis V. Pp. Constitutiones cum Apparatu Joannis Andreæ.

1a – 56a

Clementis V. Papæ Constitutiones vulgo Clementinæ dictæ, sive liber Septimus Decretalium divisus in libros quinque, cum Apparatu Joannis Andreæ Jcti Bononiensis: Promulgatæ sunt hæ constitutiones a Clementis Successore Joanne XXII. ao 1317., cujus epistola ad doctores Bononienses caput primum de Summa Trinitate &c. præcedit. Initium hujus epistolæ est: "Joannes episc: &c: Quoniam nulla juris sancrio. Apparatus autem, seu Commentarius Andreæ incipit: Johannes graciosum hoc nomen". Folio primo, quod est membraneum, et Clementem V. Concilio Viennensi præsidentem exhibet, legitur: "Johannes Andreæ Glosator voluminis hujus". Ante capitulum ultimum de verborum Significatione extat famosa illa Clementis declaratio in regulam Fr: Minorum, quæ incipit: "Exivi de Paradiso;" et quam exhibet Waddingus in Annal: Min: T: VI. p. 202. Possidet Bibliotheca nostra Clementinarum cum Joann: Andreæ Comentario binam editionem, eamque perraram: unam Petri Schoeffer Moguntiæ 1476.; alteram ejusdem anni Basileensem Michaelis Wenssler, quas vide in Antiqq. typograph: Biblioth: Seitenstettensis. Ad Calcem Codicis legitur:"

"Nomen Scriptoris vitæ cognoscere velis
Cognomen pariter Jacobus sit tibi poner".